





De

Scholarum,

Saxonicarum præsertim

H Y E M E

aliquot vicibus differet,

qui

MARTINALIA


Annææ Scholæ

declamationesq̄

in illa IV. discipulorum

rite jam indicit

M. Christianus Augustus Freyberg,
Rector.



D R E S D Æ,

IOH, CONR, STOESELII, Typ, Aul, Vidua impresit.



Quod ter jam quaterque τὰ αὐτὰ γράψεν, eidem insistere argumento, neque aliud quicquam agere, quam aperire *librorum quisquillas* destina-
 navi, εὐκὴ μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς, haud grave fuit, illepidum, infave scriben-
 ti, opinione etiam mea *legenti* gratius accidit. Si quis tamen reperitur forsan,
 qui *satiestate jam defessus* sit, ignoscat nostrae in una sententia (1) perman-
 sioni, & misereatur *temporis*, cujus opes & delicias recensemus sedulo, nec laborem fe-
 dilitate sentimus, neque invidiam timemus. Quando autem non tam interest,
 quo animo scribatur, quam quo accipiatur, pertimescimus etiam, neque injuria,
 si longius, quam homines vellent, narratio flueret, ne ea res indigne nobis no-
 geat, cum praesertim *luxuriae* semper *cujusdam* poenas det *abundantia*, qua qui-
 dem in parte singulari est fato. Nam cum *mendum scripturae* litura tollatur,
brevitas quandoque de concinnitatis laude delibet quiddam, *obscuritas* odio,
stultitia fama, *tumor & supercilium* irrisione multentur, omne illud, quod in
sermone & seripione superfluit, monstrorum numero haberi solet, stomachi,
 oculorum, aurium & animi fastidium simul ferre cogitur ac pati. *Summa cri-
 minis est*, quod detineatur & defatigetur multorum *patientia*, at quam mollis
 & delicata res! qua nemo inconsulte & temere debeat abuti. Ipse igitur nunc me
 conformo ad eorum voluntatem, a quibus honeste dissentire non possum, & ad
 finem tandem deduco, quae de *Scolpenß Bibliotheca* commentor hactenus,
 Pauci adhuc restant libri, quorum meminisse juvat.

Ruperti (2) Abbatis Monasterii *Tuitiensis* e regione *Agrippinae Coloniae* in Rhe-
 ni ripa siti *Ord. S. Bened.* Viri & vite sanctimonia, & sacrarum literarum
 peritia praecleari de *divinis officiis* Libri XII. 1526.

Rationale *Divinorum Officiorum Guilbelmi* Minatensis Ecclesiae Episcopi. *Ar-
 gentine* A. D. 1493.

Summula Clarissimi Juris Consultissimique Viri *Raymundi* demum revisa ac ca-
 ligatissime correctæ, brevissimo compendio *Sacramentorum* altissima com-
 plectens *mysteria*. Insuper de *Sortilegiis, Simonia, Furto, Rapina, Usura*
 atque variis casibus (que in plurimis Juris Codicum Voluminibus confusa in-
 distin-

(1) In II. de H. Schol. Progr p 10. promisi, *Bibliothecam me frigidorum daturum esse tem-
 porum*. Quae ut apparerent promissa, justus certe & conveniens librorum numerus
sensim & subinde exhibendus erat. Neque enim una *ser hirundo* facit, neque una
exercitus cohors, nec *Bibliothecam unus autorum manipulus*.

(2) Er disputirt von dem Abendmahl vieles aber sehr dunkel, weswegen ihn die Bes-
 renger aner auf ihre Seite gezogen ic. Sonst hatten wir von ihm in der Biblio-
 thec noch *Opera duo*. In *Matthæum de Gloria & Honore Filii Homini* Libros XIII,
 De *Glorificatione Trinitatis & Processione Spiritus* s. Libr. IX. apud *salicem Coloniae*
 A. Sal. 1526. fol. edit. Imam,

distinctaque multiplicatione disperguntur,) resolutiones abunde tradens, pastoribus, sacerdotibus, omnibusque personis divino charactere insignitis summe necessaria. *Coloniae apud Qyentel* A. 1508.

Summa Angelica (3) de Casibus Conscientie per *Fratrem Angelum de Clavasio* compilata, maxima cum diligentia revisa, & fideli studio emendata, sicut ipsum opus per se satis attestabitur &c. *Nurimberge* impressa per *Anton. Koberger*, inibi *Concivem*, A. D. 1488. V. Kal. Septembr. finita.

Summa Rosella, s. Liber, qui *Rosella Casuum* appellatur, editus per venerandum religiosum *Fratrem Baptistam Trovamalam*, Ordinis Minorum Observantiae Professorem integerrimum. *Venetiis* (4) cura & studio Viri prestantis *Georgii Arrivabeni, Mantuani, Augustino Barbado* Principe sapientiss. atque iustiss. A. Christiane salutis, 1495.

§. *Duplex elogium*, quod liber & typographus adsecuti erant, placet adscribere.

Ad Emptorem.

Est opus electum, nomenque *Rosella*, legenti

Utilis, & nullo frigore lesa viret.

Emptor habes, animam valeas quo pascere flore,

E caelo venit, quicquid odoris habet.

Ad Impressorem.

Hactenus ingenio valuit gens *barbara*, (5) namque

Impresit *plumbo* quicquid ubique legis

Mantua quem genuit nunc est tua palma *Georgi*,

Quilibet ingenio cedit & arte tibi.

De *Gratia Sacramentorum* Liber unus *Jo. Cochlei*, (6) adversus assertionem *Mart. Luberi*. *Argentinae*, impensis & opera honesti Viri *Jo. Grieninger*, 1522.

F 2

De

(3) Das Kind heist nach seinem Vater. Gegenwärtige Edition ist Hr. *Oleario* nicht bekannt gewesen. vid. *Biblioth. Scriptor. Eccles.* T. I p. 55. In unserm Stolischen Exemplar stund vorne hineingeschrieben: *Frater Johannes Sartoris lector conventui suo Pirnensi hunc dedit librum*. Also hatte es d. m. berühmten Pirnischen Mönch gehört.

(4) Auch diese Auflage, so vermuthlich die älteste und erste ist, hat Hr. *Olearius* nicht angeführt. 1 c p. 105. die Titel stehn in der *Rosella* in Alphaberbischer Ordnung. *Utrum bonus angelus possit baptizare?* wurde p. 45. b. gefragt. Resp. Es käme wohl dem Engel nicht zu; doch würde er in dem Fall sonder Zweifel einen special-Befehl von Gott haben, und dürfte man daher keine neue Tauffe fürnehmen. Gleichwie auch die basilica, die S. Michael in *monte Gargano* in *Apulien* geweiht, nicht zum andernmahl von einem Menschen wäre geweiht worden.

(5) Wir Teutsche bekommen hier eius auf den Belt.

(6) *Hominis mendacissimi, qui in virulenta ad studiosam Germaniae juventutem praefatione*

De *Baptismo* (7) *Parvulorum* Liber Unus *ejusd.* adversus assertionem *M. Lutheri*. *Argentine* impensis & opera *Grieningeri* &c. 1523.

De *Veritate Corporis & Sangvinis Christi in Eucharistia* per Rev. in Christo patrem ac Dominum, *D. Job. Rossensem Episcopum*, adversus *Jo. Occolampadium*. *Editio prima*.

§. Excusum est jam *primum* hoc egregium opus *Coloniae* per honestum civem *Petrum Qventel* A. 1527. *menſe Martio*.

Ad invictissimum *Poloniae* Regem *Sigismundum*, de *Sacrificio Missae* contra *Lutheranos* Libri tres, (8) *Jo. Eckio* authore. A. 1526. *menſe Octobri*, *Coloniae* ap. *Jo. Soterem* expensis honesti Civ. *P. Qventel*.

Missae Christianorum contra *Luteranam missandi formulam* assertio *H. Emseri* A. 1524.

Canonis Missae contra *Huldricum Zwinglium* Defensio *H. Emseri*. A. 1524.

Hieronymi Emseri, Praesbyteri Apologeticon in *Uldrici Zwinglii* *Antibolon*. 1525.

Sacri Sacerdotii defensio contra *Lutherum*, per Reverendiss. *D. P. Jo. Rossensem Episcopum*, virum *singulari eruditione omnifariam doctissimum*, jam *primum* ab *Archetypo* evulgata &c. *Coloniae* in *Offic. P. Qventel* &c. A. 1525. *menſe Junio*.

Eyn Errettung den schwachen Ordens-Personen, so best yn dysen fertlichen, bösen, gottlosen Zeitten schwerlich betrübt und angefochten werden durch falsche vorfürliche Vere ader Schrift, eyn Trostlich Rede. *Paulus Amnicola* (9) *Remnicianus*: A. C. gedruckt zu *Dresden* 1524.

Eyn kurtz, gruntlich und warhafftig underricht, wie und von wem gemeiner Gotsdienst und geistlich Leben, yn der Christlichen Kirchen, zu erst erfunden, auffkommen, angenommen und bekräftiget, vor den gemeynen armen Leuten gemacht.

Jacobi Suederici, (10) S. *Theol. Profess. Custodis* *Fratr. Minor. Misznens. Custodie* &c. *Theologi Colletianolum de Religiosorum Origine, & eorundem*

tionem in id solum studet, ut probra *Luthero* inferat quam plurima. Alienatum esse Virum a literis & disciplinis omnibus, aperte contemnere Academias ac pro nihilo putare negatur. Dissidium modo querere illum, lites serere, rixas & verba movere dicitur. In sententiam suam *Melanchthonem* traxisse fremit, cujus defectio majorem importet cladem, quam *centum Lutherorum* infesta acies &c.

(7) Hier beissen wir *Lutheraner* nobis *Huffire*.

(8) In five libri *haec rotunda* legebantur, nescio cujus manu adjecta: Ich gebe nicht 6. pf. wegen der areulichen Lasterungen darvor. *W. D.*

(9) Abt zur *Alten Zelle*, der sich *Riparium, Ribinum* auch schrieb, mit seinem rechten Namen aber *Bachmann* hieß. *Homo mordax*.

(10) Er war von *Ubigau* aus dem *Chur-Kreis* gebürtig.

dem per mundum multiplicatione, ac a ceteris vulgaribus per habitus, signa & ritus discrimine. De *Apostatarum* quoque & eis cooperantium *piaculo* simul ac *punitione* ex diversis hinc inde comportatum 1525, *mensē Martio*.

* *Dedicatum Joanni de Steynitz, Eccles. Misznens. Episcopo.* (11)

Tractatus de *Communione sub utraque specie* quantum ad *laicos*, an ex sacris literis elici possit, *Christum* hanc vel præcepisse, vel præcipere debuisse, & quid in re hac sentiendum *pie, sane, catholice* sit, juxta veritatem Evangelicam nuper editus a Fratre *Augustino Alveldiano, Franciscano* regularis observantiae *sancæ Crucis* sacri bibliorum Canonis *lectore*.

§ *Rusticanum Oratorem* ne contemnas,

Coram delere hunc titulum quis ambigit?

Super *Apostolica sede*, an videlicet *divino sit jure* nec ne, anque *Pontifex* qui *Papa* dici *cæpius est*, jure divino in ea ipsa præsideat, *non parum laudanda* ex sacro bibliorum Canone *Declaratio*, edita per F. *Augustinum Alveldensem, Franciscanum* regularis (ut dicitur) observantiae sacerdotem, *Provincia Saxonie, S. Crucis*, Sacrique Bibliorum Canonis publicum *Lectorem in conventu Lipsico*, ad Rev. in Christo Patrem & Dominum, D. *Adolphum, Principem Illustr. in Anhalti & Episcopum Merseburgensem*.

§ Huc spectat etiam R. P. Fratris *Sylvestri Prieriatis* Ordinis Predicatorum & Sacre Theologie Professoris celeberrimi, sacrique *Palatii Apostolici* magistri, in præsumptuosas *Martini Luther* Conclusiones de *Potestate Pape* *Dialogus*. item: *Replica* F. *Sylvestri Prier*. &c. ad f. M. *Luther* Ordinis Eremitarum, quam recudendam curaverat *Lutherus, epistolio* hoc superaddito. *Martinus Luther* *Optimo L.* Salutem. Has *Sylvestri* mei *replicas* tibi, O. L. enixe commendo: (12) Commendatione enim mirum in modum indigent, vel hoc nomine, quod minas nescio quas *parturiunt*. Ora (quæso) pro ipsis, *ne abortiant*. Bene vale, & *Theologorum ejusmodi miserere*. Utrumque scriptum *Stolpenfis* quoque *Bibliotheca* adservabat.

Malagma Optimum per Fr. *August. Alveldensem* - - - nuper confectum contra *infirmitatem horribilem* duorum virorum, Fratris *Joannis Loniceri theologise*, & fratris *Martini Luteri* ordinis Eremitani de *Vicariatu*, ut lanentur, *ad percuciendam Vituperii citharam*.

(11) In der *Zuschrieffe* sagt der *Autor* zum *Bischoff*: S. *Franciscus* Tibi *Patronus* singularis semper fuit, quem & a *cunabulis intercessorem* apud *DEUM* cum *tota progenie sua* delegisti &c.

(12) Es ist dieser *Sylvester* der erste gewesen, der wider *Hrn. Lutherum* im öffentlichen *Druck* sich sehen lassen.

§ *Parvum malum, magnum bonum,
Et album fit suffragium.*

Anti-Lutherus Iudoci Clichrovei Neoportuensis, Doctoris Theologi Academiae *Parrisiensis*. Tres libros complectens.

De *Veneratione Sanctorum* Libri Duo *Iudoci Clichrovei*, Neoportuensis, excellentissimi *Paris. Academ. Theologi*.

§ *Primus*, honorandos esse ab ecclesia sanctos, & sedulo a nobis orandos, ostendit. *Secundus*, rationes eorum, qui contendunt non esse venerandos, nec orandos a nobis sanctos, dissolvit.

Colon. in offic. honesti Civis P. *Qventel*, 1525. mense *Aprili*.

Viola Sanctorum. A. D. 1482.

Legende Sanctorum, quas collegit in unum *Frater Iacobus Lanuensis* de Ordine *Predicatorum*.

† *Ad calcem libri* haec extabant: *Finit Lombardica Historia* (13) per mandata *Anthoni Koburger, Nurenberge* impressa, A. S. 1481.

Liber (14) de *Gellis ac Trina beatisimorum Trium Regum* translatione, qui *genium primicie*, & exemplar salutis omnium fuerunt *Christianorum per me Bartholomeum de VNCKEL*. anno a *nativitate Christi* 1481. *fideli exaratione* impressus.

(††) *dicatus Reverendissimo in Christo Patri ac Domino, Domino Florencio de Wevelkoven*, divina providencia *Monasteriensis* ecclesie *episcopo*

Antwurt auf das lesterliche Buch wider Bischoff Benno zu Meissen, und erhebung der Heyligen Junst aufgegangen. *Umber. Gedruckt in der Fürstlichen Stat Dresden* 1524

Mariale eximii *Viri Bernardini de Buisis* (15) *Ordinis Seraphici Francisci* - - de *excellentiis Regine Celi*. *Impressum Argentine* per *Martinum Flach, Juniorem*. a 1502. Divi-

(13) Sie heißt auch sonst *Legenda aurea*, und der sie zusammen geschmieret, *Jacobus de Voragine*, rectius de *Viragine*, nach einer kleinen *Genueßischen* Stadt. Die Edition von a. 1481 citirt Hr. *Olearius* nicht, hingegen unterschiedene andere. *Norimb.* 1478. 1493. *Argent.* 1496. (welche ich selbst besitze.) 1518 *Basil* 1486. *Daventr* 1479. 1483. *Lugd.* 1510. *Venet.* 1483. & abbreviatam von eben diesem Ort. 1478 v. *Bibl. Script. Eccles.* T. I. p. 360. seq. Überdies ist die gölone *Legende* in *Nieder-Teutscher Sprache* zu *Swoll* 1490 und wiederum 1505. herausgekommen.

(14) *Liber* hic portentosis ita scatur mendacis, ut cadaver vermibus. *Magnam eorum partem in lucem jam protraxi* a. 1720. m. *Marf.* in *progymnasiate quodam sacro*, priusquam *ad divinam accederemus mensam*. *Dresd. ap. Jac. Harpet*, 3.

(15) Sein *Rosarium* ist *Progr. de Schol. Hyeme III.* p. 17. 19. zu finden.

Divinum Opus errores in omnes Gentilium atque hereticorum, christianam fidem suis argumentis impugnantium *Livi Thome Aquinatis* Ordinis Predicatorum. *Petrus Cantianus Venetus*, Theologus *Patavinus*, ejusdem Professionis religiosus emendavit castigavitque: Impressum vero dedit Vir prestantissimus *Nicolaus Ienson Gallicus*. Florentie Re. Princ. Venetorum *Ioanne Mocenigo Duce*, A. Salutis 1480. *Venetis*.

(††) Reverendissimo Patri, Domino *Petro Frigerio*, *Veneto*, Theologo Excellentissimo, *Archiepiscopo Corkirensi*, (16) ordinis Predicatorum, Frater *Petrus albus Sarratii Canciani*, *Venetus*, inter Reverendos theologos *Patavinos* minimus ejusd. Professionis, hanc suam emendationem (17) dedicavit &c.

Pharetra fidei Catholice, s. Ydonea Disputatio inter *Christianos & Iudcos*, in qua perpulchra tanguntur media & rationes, quibus quivis Christi fidelis tam ex prophetis suis propriis quam ex nostris eorum erroribus faciliter poterit obviare. Lipsæ per *Conrad. Kachelovcn*. A. 1494.

(*) In hoc Opere posite sunt due Personæ, pro Veritate dimicantes, tanquam pugiles. Una persona est loco *Judei*, qui grosso modo in argumentis procedit, & false negat veritatem contra Christianos. Alia persona est loco *Christiani*, qui modo subtiliori procedit per dicta Prophetica & S. Patrum &c.

Rationes breves *Magni Rabi Samuelis* *Judei* nati, sed de Iudaismo ad Fidem Catholicam conversi, quibus quivis verus Christicola saltem modice sapiens potest Iudeorum errores valide & aperte reprobare & condemnare, & eos tam ex nostris, quam ex suis propriis Prophetis efficacissime convincere. *Colonie* A. I. D. 1499.

Speculum adhortationis Iudaice ad Christum, editum *Colonie* per *Iohannem Pseferkorn* (18) olim *Iudeum* modo *Christianum*. A. D. 1507.

De-

(16) In der Insel *Corfu*.

(17) In der Dedication heist *Thomas*, sanctissimus *Thomas Aquinus*, splendor ecclesie doctor Angelicus, veritatis invictissimus defensor, omnium litterarum eruditissimus cuius doctrina fides Christiana nutritur, augetur, servatur, quemadmodum mundus iste sole lunaque ornatur &c. Der Buchdrucker aber bekömmet dies. s. Lob: Eam correctionem novam *Nicolaus Ienson*, *Gallicus*, vir imprimis Catholicus, erga omnes gratus, beneficus, liberalis, verax, constans, pulchritudine, magnitudine fidelitateque imprimendi in toto terrarum orbe, pace omnium dixerim, primus, mira etiam celeritate, nostra hac tempestate, veluti singulare munus caeleste nobis impressam *Venetis* dedit. &c.

(18) Den terebrionem habe ich hauptsächlich Ursache gehabt hier anzuführen, weil er mit eitel Bosheit zu großem Nachtheil des studii *Hebraici* schwanger gieng. Man kan die Zeiten, da er tobte, süßlich *Hyemem Scholarum Hebraicarum* nennen, und daher wird seiner bald wieder gedacht werden.

Defensio *Jobannis Pepericorni* contra famosas & criminales *obscurorum Virorum Epistolas*, indigna earundem *provocatione* totam fere historiam *Reuchlinianam* a *Cæsarea Majestate* contra perfidos dudum *Judeos* laudabiliter inceptam verissime describentis, Sanctissimo in Christo Patri D. N. D. *Leoni*, Divina Providentia *Papæ decimo*, reverendissimisque *Cardinalibus*, ac toti tandem *Ecclésiæ* reverenter dedicata.

Ingens hic *librorum & rerum* in angusto spatio *varietas* conspicitur: τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα. At *quatuor discipline* nostra *alumni unum & idem die crastino* in ore habebunt, solos scilicet, ut tempori serviant, *MARTINOS*, *Martinum* igitur *Turonensem & Martinum una Lutherum* producet *Rbetor latinus*,

CHRISTIANUS ERNESTUS Haubold, Dresd.

& quidquid de *NOV. mense* relatum superaddet, ejus honoris gratia faciet, *Martini Chemnitii*, summi Viri & cum primis comparandi, vitam deinde

GUSTAVUS ADOLPHUS Treppe, Dresd.

vernaculo sermone enarrabit: hæc autem digresso *Martinum Frechtum*, pium, fortem & prudentem *Sveviæ Theologum*,

DANIEL Gottlob Gerstner, Chemnicenf.

Germanico carmine collaudabit eximie. Τὸ λοιπὸν, *inter Prophetas Poëtam*, *Martinum Opitium*, cujus magna auctoritas apud omnes Germanos est, nobile nomen, laus elegantiorum literarum maxima, *solata tantum oratione* predicabit

SAMUEL Schneider, Reinhardsgrimmenf. Misn.

ne felicitis Poëta manes insuavi sono & strepitu excitet ac turbet. *Martinalia sic nostra* celebrabimus: *PATRONI, FAUTORES* atque *AMICI Anna suburbana* interfint illis, rogo & obsecro, sereno vultu & animo, fronte hilari & exporrecta, dextra fideque prona & prompta. *Cras, hora quidem IX, audita*, instructa statim & parata erunt omnia. Scrib. X. D. *NOVEMBR.*

A. M DCC XXXIII.




Pon IIo 615
vol 18

ULB Halle
002 693 135

3







De
Scholarum,
Saxonicarum præsertim
H Y E M E

aliquot vicibus differet,
qui

MARTINALIA
Annææ Scholæ

*declamationesq̄
in illa IV. discipulorum
rite jam indicit*

M. Christianus Augustus Freyberg,
Rector.

D R E S D Æ,
IOH, CONR, STOESELII, Typ. Aul. Vidua impresit.